



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLVIII. Montis Altiseu Maceraten. fideicommissi De eadem materia  
concurrus fœminarum, An scilicet istæ quamvis expresse exclusæ  
extantibus masculis, istis defectis succedant in fiedicommissis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Quamvis autem pro meo sensu probabilior videatur distinctio, de qua apud Peregr. art. 25. num. 44. & sequen. & Fusar. cons. 101. p. 7 totum, Et de substitutionibus quæst. 31. num. 58. cum se uin apud quos ceteri relati etiam in proximis à legendis Rotæ decisionibus, quod scilicet. Aut agitur de parte conditionali, & regulariter, non refragante testatoris voluntate deducta præterea à contemplatione agnationis, qua sit certa, intrat regula, ut masculinum concipiæ femininum, atque sub nomine filiorum veniant etiam feminæ ex motivo aequitatis, ne filia excludantur à successione proprii parentis ob transversales. Aut vero agitur de parte dispositiva, & secus.

Attamen q. ia etiam in isto præciso casu æqualis concursus ad alteram portionem, cœstante dicta circumstantia contemplationis, Rota plures contraria tenuit, præterim ceteris nimis copiosè de stylo relatis in Spoleto bonorum 13. Aprilis 1646. coram Corrado impreß post Censal. in addit. ad Peregr. deſ. 34. & in Eugubina fideicommissaria coram Dunoz. et inter suas deſ. 837. & 853. repetit etiam post Paitell. deſ. 9. & 10. Idcirco cum versaremur in Statu Ecclesiastico, atque causa probabiliter vel in prima, vel in secunda instantia tractanda esset in Civita, dixi pro ipsius feminis probabilius respondendum videri, quodque magis victoria speranda esset, quam timenda succumbentia.

Mihi vero, ut insinuavi, hæc secunda opinio non multum arridet ex duplice circumstantia; una scilicet quod testator proprias filias neglexisset, solumque masculos vocasset, Et secundò ob dictum statutum, quod in loco viget feminarum exclusum; Licit enim utriusque fundamento in specie respondetur in allegatis decisionibus, præterim latius in d. Spoleto coram Corrado deſ. 34. post Censal. Ad primum scilicet, quod exclusio proprietarum filiarum justum habeat motivum, ob existentiam masculorum æqualis gradus, ob quos ex communione præterim Italæ usus feminæ doce provisæ negligenter, acque responsio in aliis casibus sed ad alios effectus videatur congrua, ut plures advertit discurſus. p. 67. & in aliis; Et ad secundum ob dictum statutum intraret nec ne in casu intestatæ successionis ultimi morientis, quasi quod eotali casu non intraret, neque intraret in isto successionis fideicommissaria, qua ad illius limites regulata censemur. Atque ista etiam responsio in suis respectivis casibus & effectibus esset quoque bona, Nihilominus ex his infinitimis junctis, ac ponderato etiam quodammodo communis uia deducto ex Italæ morib[us] juxta ponderationes Peregr. & aliorum in parte dispositiva contrarium tenentium, videbatur quod ob verisimilem testatoris voluntatem prima opinio esset probabilior; Cum enim, ut plures advertit sub tit. de success. & sub altero de testamentis, antiqui Italæ mores, ac leges inharent contemplationi agnationis vocando ad successionem solum agnatos, neglectis feminis & cognatis, omnia vero istorum æqualis concursus proveniat a jure novissimo Authenticorum, conditio in Græcia dirimente agnationis, & cognationis a sexus differentiam eoque forte ex quadam leguleica simplicitate per primos nostros maiores post legum inventionem recepto; Hinc sequitur quod quando in loco conditum est statutum exclusivum feminarum & cognatorum, ita ille populus declaravit ejus animum continuandi juxta mores antiquos, atque abhorrendi istud jus novissimum Græcorum, diversum tam ab antiquo jure 12. tabularum, quam

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

à medio Digestorum, ac à novo Codicis; Et sic statutum attendendum non est in ratione auctoritativa, & tanquam causa præcisæ & immediata exclusionis, unde examinare oporteat, an capiat causum necne, sed in ratione interpretativa seu conjecturali ad effectum metiendi verisimilem restantis voluntatem; Idemque circa exclusionem propriarum filiarum, illam capiendo tanquam unam ex conjecturis, qua de per se debili est ac non operativa, sed bene comprobativa dicitur verisimilis voluntatis resultantis à statuto & à communis uo-<sup>10</sup> lute supra, Nec non ab ipsam reciprocâ substitutione inter primos, unde propterea prior opinio ad favorem feminarum isto casu partis dispositiva in concurso ad diversam portionem, potius cuiusdam legali rigori quam probabili rationi immixta videtur.

Actum etiam fuit in hoc responsō de puncto, an lucrum vel respectivè damnum proveniens ex negotiacione per testatorem demandata, debeat esse ipsius hereditis gravati, vel potius hereditatis, de quo puncto habetur particulariter actum infra in Bononiens separationis bonorum deſ. 191. & alibi.

## MONTIS ALTI SE V MACERATEN. FIDEICOMMISSI

P R O

B A R B A R A & B E A T R I C E  
D E A N T O N I N I S

C V M

P A T R I B U S S. M A R I A E G R A T I A R U M  
M A C E R A T E.

*Casus disputatus coram A. C. pendet  
in Rota.*

De eadem materia concursus feminarum, An scilicet istæ quamvis expressæ exclusæ extantibus masculis, istis defectis succedant in fideicommissis etiam agnatiis, & ubi expressa contemplatio agnationis habita est in concurso ulterioris substituti extranei, vel saltem faciant deficere conditionem substitutionis, e-jusque purificationem impediunt.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> Fætū series.

<sup>2</sup> Existentia personarum postularum in conditione impedit purificationem conditionis, licet ipsa non succedant.

L

<sup>3</sup> Fallit

LUCA  
De  
amentis  
Ecclesie  
GVT  
9

- 3 Fallit ubi exclusio est pro regula, seu ex odio, & delicto.
- 4 Quando exclusio feminarum censeatur in concurso non autem pro regula.
- 5 Femina sunt de familia, & venient sub ejus nomine.
- 6 Exclusio particularis in uno ordine non tollit comprehensionem personae exclusa in alio ordine generali.
- 7 De dictione, omnino, seu totalmente.
- 8 Declaratur, quando procedat repetitio masculine qua itatis.
- 9 De dictione, ut supra importante repetitionem, & declaratur quando id procedat.
- 10 De diversa operatione, quam faciat dicta dictio.
- 11 De conclusione, quando attendi debet proximitas testatoris, ob transi non ad diversum genus.
- 12 In concurso inconveniens, quam agus attendebeant.

## DISC. XLVIII.

**M**arius Antonius Maceratensis Insignis I. C. præsertim in Canonicis & Ecclesiasticis, in quibus magis versatus fuit, ut docet ejus opus variarum resolutionum, instituto hæredi Silla germano fratre, nimium cupidus, juxta consuetam hominum stultitiam, perpetua conservationis ejus bonorum in agnatione, plures substitutionum gradus ordinavit; Primo cum descendencia masculina dicti Sillæ, Et secundo cum descendentiis masculinis Jacobi & Antonini ejus confobrinatorum, feminis in utroque ordine substitutionum exclusis, omnibusque defectis, itaut si ejus familia Antonina ex prædictis ut supra constituta totaliter desiceret, ultimo loco substituit P. P. S. Dominici Macerata; Defecta vero linea masculina Sillæ in Josepho ejus filio, ex quo solum superstes fuit Comitis filia, Et non incepta linea Jacobi mortuis sine prole, bona devenerat in Antoninum, ex quo fuerunt superstes Antonius masculus, Beatrix & Barbara feminæ, atque sequuta morte dicti Antonii sine prole, unde ad breve tempus cessavit illa conservatio agnationis, quam testator juxta dictam frequentem stultitiam credit perpetuam, usque ad diem Judiciorum duraram. Hinc orta est controversia inter dictos P. P. S. Dominici ultimi substitutos ac præfatas Barbaram & Beaticem sorores, intestatas etiam hæredes dicti ultimi defuncti, diversos tamen judices adeuntes, quoniam P. P. adierunt Curiam A. C. atque in contumaciam, quod in Curia diebatur per contradictas, obtinuerunt immisionem ad omnia bona, & præsertim ad quædam loca montium in quibus notabilior hujus aëris pars consistit, Dictæ verò mulieres adierunt Gubernatorem Montis Alci à quo obtinuerunt immisionem ad quædam bona in eo Præsidatu existentia, atque occasione possessionis in una vel altera bonorum specie delata causa ad dictum Tribunal A. C. principalis disputatio fuit super concernentibus competentiam fori ac ordinem judicij, ut pater ex deducatis in hac eadem causa sub tit. de jurisdictione & foro compet. disc. 87. incidenter verò magis & pro gusto juxta laudabilem Curia stylum actum fuit de justitia seu meritis negotii principalis, de quibus agendum erit in Rota ubi per appellationem causa pender.

Quatenus igitur ad dicta merita pertinet, punitus erat, an istæ feminæ utpote de agnatione & familia comprehensa essent, vel in parte dispositiva, itaut essent etiam vocatae ante dictos ultimos extraneos substitutos, vel saltē veniant in parte conditionali sub nomine familie in conditione po-

sita, Unum enim ex his duobus, præfato hoc ultimum quod est facilius sufficiebat, hoc ultimum videbatur certum, quoniam propositionem hodie in Curia, & biquercens de qua in celebri sati que vulgari Rom. fiducia Soricis 24. Maii 1643. coram Carillo inter fluvia 266. registrata etiam inter consultationes Marci sult. 80. sacerdos deinde canonizata, & prius dict. par. 3. rec. num. 1. ex regula quod in confidencia specta ut nudum factum, exiftentia perficitur genere positio in conditione sufficit ad impeditam purificationem conditionis sub qua illa substitutio concepta est, etiam si illa persona exclusa à successione, quies exclusio non omnino generalis, atque ut nostri dicimus gula, ut advertitur in decisionibus editis dict. 40. hoc est ex delicto, vel odio juxta casum de quo in rina disc. ieqq. cum tunc ex judicio testatoris persona ad omnes effectus habeantur proportionibus in rerum natura.

Nerum autem in proposito applicati per cum nulla delicti vel odii ratio concurreat, res dici potest adesse exclusionem generalem & generali, cum illa esset simplex recte referibili gratiam masculorum, eisque extantibus, ut minis, & ad effectum etiam partis dispositio multomagis conditionalis habetur in Bonac. Roias inter suas dec. 72. & 90. & in eadem dec. par. 7. & dec. 6. & par. 8. rec. in quarum testator restrinxerat vocationem ad masculos cum verbis intendendo semper de maschis, & tandem datur id intelligi ipsa extantibus, & in causa quo cessante non prohibentur feminæ venient generali vocabulo familiæ seu casata, quoniam ruraliter de illa etiam existunt, ex plebe de ceteris relatis in decis. 133. par. 9. rec. inde post Censal. ad Peregr. & in præcedentibus quæcum particularis exclusio in uno ordine fuit quoties, ut supra insinuatum fuit, non est in se pro regula omnino generalis, non tollit comprehensionem personæ exclusæ sub alio vocati generali cessante causa seu ratione particularis exclusionis, ut in supra allegatis auctoritarum aliis de quibus disc. seq. potissimum verò ad effectum conditionalis magis quam dispositiva.

Fortius autem, dum familia posita fuit in dictione cum verbis nimium amplis, prædictum dictione, totalmente, qua denotat conditionem ad totalem deficientiam ex collectis dict. 406. cum aliis que circa dictum decibum, affato, resolvendam in dictum esse in totum pluribus relatis habentur in modis cessionis 28 Martii 1661. Bevilaka, ita enim re dicebam de voluntate testatoris vocandi famam seu istos Religiosos in subdictione possit omnino desecrerit suum cognomen de Anna quod ita naturaliter ac facto durare & continuari dicitur, durante istarum mulierum vita, quid esset sequuta earum morte quod ipsarum filios, & consequenter omnia quæ ex Bernam 272. ubi Adden. & 742. & aliis in contumaciam ducebantur super masculina qualitate plurimè pressa & subintelligenda in omnibus aliis partibus in quibus omisla esset ob nimis clare contentam agnationem, recte procedere dicebam in concurso masculorum agnitorum, non autem utris substituti extranei vocati, postquam preponitur jam mortuum ac extinatum nomen testoris, absque aliqua artificiali revivificantia, cum

regula legales, quam ipsa natura docere videantur  
tumusmodi substitutum admittendum non esse, do-  
nec de facto tale nomen vivat, sive in uno sexu sive  
in altero.

Major difficultas, quæ in praesenti cadebat, con-  
sistebat in repetitiva dictione, ut supra, ibi, E man-  
cando la detta mia famiglia rotolmente come sopra, ut  
in specie pro repetitione masculina qualitatis dicta  
dictio ponderatur apud Buratt. d. decif. 42. num. 7. &  
8. Verum, cum sensu etiam veritatis, quamvis su-  
per ista cum unica disputatione ut supra incidenter  
habita, non omnino certum ac matrum iudicium  
esformari potuerit, credebam id non obstat, cum  
quæstio repetitionis hodie percutere videatur di-  
ctum casum concursus masculorum, quamvis di-  
versi generis ac diversi ordinis substitutionum,  
dummodo tam eadem militet ratio, quia nempe  
agitatur de faciendo transitum ab uno genere perso-  
narum ad alterum, sive ab una ad alteram lineam,  
sed semper inter agnatos, puta a descendantibus ad  
transversales, unde feminæ descendentes, & de  
linea admissa prætenderent prætentionem regulari-  
ter eis competentem adversus masculos alterius li-  
nea, de eadem tamen agnatione vera, vel ad sum-  
mum de illa, in qua testator voluisse eandem agna-  
tionem renovari per artem, ad quem effectum,  
juxta præsentem mores Italæ, desiderata videatur  
continuatio sexus masculini absque mixtura femi-  
narum, & sic ubi urget eadem ratio, sensu autem  
ea cessante, tunc enim certum est fortius cessare re-  
petitionem, pro cuius etiam exclusione in dubio est  
regula, ut plures in præcedentibus.

Eo magis quia, neque præsata repetitiva dictio  
satu remanet, sed rectè facit suam operationem,  
Tum circa repetitionem qualitatis legitimæ & na-  
turalis, quam testator enixè in omnibus desidera-  
vit ad excludendos illegitimos, ut per Beroum. cons.  
115. num 22. lib. 2. Giugagnon. cons. 63. num. 73. lib.  
1. Rot. dec. 144. num. 10. par. 7. & decif. 581. num. 13.  
par. 5. rec. & ponderatur in d. Molon. successori 14.  
Martii 1659. cor. in Bevilacqua. Licit in, ab hac de-  
cifone in suo casu recessum sit 28. Martii 1661. co-  
dem, ut habetur decif. seq. attamen in secunda deci-  
fione revocatoria ponderatur motivum fatuatis,  
quodque alias hæc dictio sine operatione remane-  
ret, quod in præsenti dici non potest. Tum clari-  
lius ad denotandam illam familiam, de qua testa-  
tor etiam in parte conditionali sentit, constituta  
scilicet solum ex personis supra expressis, quas  
in stipulis constitutæ voluit, ne alias, dum in ipso  
non cedebat familia effectiva, sed tantum conten-  
tiva, stante dicti vocabuligeneralitate in parte con-  
ditionali adjecta, alii hoc idem cognomen haben-  
tes in ea regione ad hujusmodi successionem afi-  
care possent juxta difficultatem examinatam infra  
in Romana primogeniture de Capisuchis decif. 50. At-  
que hic mihi videbatur germanus sensu hujusmodi  
repetitiva dictioris, quæ ita prudenter adjecta fuit  
per doctum testatorem hujusmodi difficultates recte  
callentem, ita ut repetitio adjecta esset ad denotan-  
dos stipites familiae, non autem omnes ramos.

His ita stantibus, dicebam inanem remanere in-  
spectionem, super qua scribentes in contrarium ni-  
mium infistebant, an scilicet dictæ feminæ essent dis-  
positivæ vocatae necne, quoniam cum ipse essent  
hæredes ultimi masculi, nil referebat. An venirent  
ex parte dispositiva vel ex conditionali, dum idem  
resulbat effectus excludendi dictum ulteriore  
substitutum; Quinimò observabam, magis expe-  
dies infistere super parte conditionali ad evitandam  
Cardin. de Luca de Fideicom.

alteram difficultatem excitatam per dictos Religio-  
sos repræsentantes etiam jura dictæ Comitissæ  
stemine superstis ex prima linea Silla, à qua  
adhuc vivente jurum cessionem reportaverant.

Licebant enim quod in omnem eventum, posita  
vocatione foeminarum, ista potius conveniret præ-  
facta Comitissæ de linea predilecta, & habenti ma-  
jorem proximitatem testatoris, non obstante quod  
hodie receptum sit pro regula, ut attendi debeat  
magis proxinitas gravati quam gravantis, stante  
eius limitatione, quando agitur de faciendo tran-  
situs de uno genere personarum ad alterum ex cu-  
mulatis apud Merlin. dec. 52. alias decif. 5. 9. par. 5.  
rec. num. 11. cum sequen. & in aliis; Verum id non  
obstat observabam, quoniam hac eadem difficul-  
tas excitatur, sed rejicitur in magistrali decif. 21. Ot-  
thob. nam. 18. cum seq. Et merito, quoniam ut ad-  
vertitur supra in hac materia regulandi proximita-  
tem ex persona gravati vel gravantis, in Romana fideicom-  
missione de Victoria decif. 23. & in aliis, id procedit ad  
effectum excludendi eos qui cum gravante non  
connectentes, venirent ex sola proximitate grava-  
ti in exclusionem eorum qui utriusque, præsertim ve-  
rò testatori attinerent, atque hic est verus sensus  
hujus limitationis, sensus autem ubi omnes concur-  
rentes sunt æqualiter de genere, seu sanguine vel  
attinentia testatoris, solaque differentia est in gra-  
du, cum tunc ex pluribus inconvenientibus alias  
resultantibus ex hujusmodi ordine retrogrado seu  
graduum revolutione, potissimum in fideicommissis  
perpetuis, in quibus testatores respererunt ad  
tempus remotissimum, ac verisimiliter cogitarunt  
casum hujusmodi transitus eventurum non esse nisi  
post plura facultas, omnino receptum sit, ac pro-  
babile, ut ex persona ultimi morientis successio  
regulari debeat, quamvis aliqua æquitas in contrari-  
um obstat, quando casus contingat de recenti,  
unde videatur resultare absurdum excludendi præ-  
dictum ob remotorum minus dilectum, quo-  
niam in concutu inconvenientium tenenda est via,  
per quam minora resultent, ac etiam quia spectan-  
dum non est, quid casus dederit, sed quid verisimi-  
liter testator cogitaverit.

## AMERINA FIDEICOMMISSI DE IANFELICIBVS.

PRO

ANTONIO ET AGABITO  
DE JANFELICIBUS

CVM

ZEPHERINA DE ZEPHE-  
RINIS.

Casus decisus per Rotam pro Zepherina,  
& postea concordatus.

De eadem materia concursus foeminaru

L 2 cum

LUCA  
de  
amentis  
lata  
GVI  
9